

Liber primus.

5

A tantum genere, sed etiam in quocunque alio diuersæ formæ animant̄ pollere tantundem comperias apud artus. Obseruatum est in Cō insula, cūm ouis de grege Nicippi cuiusdam priuati hominis leonē peperisset, nō fuisse huiusce rei euentū irritum, arrepta inde ab eo dominatione. Hinc illa societas leoniña, quæ longè plura sibi assūmit quām relinquit, de qua Aristo. Iur. Cons. Cassiū respondisse refert, societatem talem coiti non posse, vt alter lucrum tantū, alter damnum sentiret; & hanc societatē leoninam solitum appellare l. ff. xv i i. T. pro Socio. l. xix. & Dion Chrysostomus sermone ἡραλδίας. Homerūm ait sapienter boui æquiparasse A gamem nonem eo versu,

Ηύτε θεοί αγέληντι μέγε τέσσαρος ἐπάλετο πάντων.

Minimè verò vel leoni, vel aquilæ similem dixit, propterea quòd dominationis ea sunt exempla.

S V M M A C A L I D I T A S I N G E N I I.

Nihil verò grauabor antiqua in argumentū huiusmodi fabulam subiugere, quæ mortalibus vtili admodū dōcumēto futura sit. Diuulgata per orbem erat fama oraculi quod ab loue Ammone prodierat, Alexādrū Macedonē bre

Bui ad se venturū, quem filiū esse cōsitebatur suum: solicitari hinc ad obsequiū terræ Reges Principemq; vt sibi conciliarēt inter se certare muneribus: præcipueq; Ptolemæus Ægypti Rex dei sui filiū veneratus magnā pecuniæ vim parat, quātū scilicet vēctigalis vno die ex Nili ostiis & Memphiticæ vrbis portoriis collegisset. Erant verò cuiusq; generis pecuniæ ex rebus omnibus hinc inde collectæ ad aliquot talentorū millia, id totū sine delectu xenij nomine ad Alexandrum deferri curat. Obtulerunt spontē veterinam operā, mulus, equus, asinus, & camelus, qui pecuniā cum fide cōuectandā suscepere. Hi vix bidū à Memphi progressi facti sunt obviā leoni, qui & ipse intellecto Herculis cultu, quē Macedo suscepisset, dum rebus studet suis, Regē salutatus iter in Macedonia tēdebat. Data itaq; & accepta huinc inde salute, cūm destinatū, vt fit, omnes iter enarrassent, ad sciscitur comes leo quasi custos atq; presidiū aduersus latrocinantes affuturus. Hic de pecuniis certior factus, habere dixit se quoque certā drachmarū summā quas pro cōmeatu ferret: sed esse illas sibi plurimum incōmodas, q̄ oneribus gestandas nequaquā affuetus esset: rogat itaq; oneris

Cadditamentū leue singulis futurū inter se dispartitū suscipiant, magni hoc beneficij loco habiturus: obsequuntur illi officiosissimē, ac paucas admodū illas leonis drachmas inter se diuisas in sacculos quisq; suos admiscēt, iterq; mox cōtinuāt suū. Venerat̄ in pingues Asiarē cāpos, cūm leo armentorū multitudine cōspecta dies aliquot ibi commorari è re sua fore designauit, simulataq; laſitudine aliquot dierū quiete sibi opus necesse dixit, quasq; deposuerat pecunias reponscit: illi adaptis confestim sacculis, ipsum quæ tua essent, sibi desumere lice re inquiūt. Leo cū plerāsq; alias magno numero drachmas eadē nota signatas in vno quoq; sacculo conspexisset, læto magnoq; rugitu ædito: Drachmæ, inquit, meç multas admodū drachmas singulē peperere, atq; mox quotquot erat suis similes abstulit pro suis. Quid q̄ Hannōnē Carthaginensem prēclarū virū, cuius meminit Plinius, in exiliū auctū ferūt, quia leonem ferundis oneribus asfuefecerat, argumento inde capto, vt Plutarchus ait εν τολθησι ταραχγελμασι ad Traianum, q̄ qui leonem cicurare potuisset, ad longè maiora etiā aspiraret.

H O M O Q V I V E L S V A M V E L A L I E N A M

ferocitatem edomuerit.

Eodem ostento mortaliū triūphus leones iūctos à M. Antonio, atq; id qui

a iii

Fabula elegans.